



TRACTATUS DE HOMINIS RATIONE MENTE, COGITATIONE... ET ROTA VITAE

VERBA HAEC SUNT PRO SCIENTIFICIS OMNIS ORDINIS GRADUSQUE, PRO
SACERDOTIBUS, THEOLOGIS, OMNIBUSQUE HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS.
HIC TRACTATUS DE RATIONE HOMINIS
DATUR UT QUISQUE RECOGITET SUPER SEMETIPSUM.
SCIENTIFICI SUNT ROTA MOTORIA OPERIS FACIENDI AD PERFECTIONEM MUNDI
NOVI, QUAE FIET ETIAM PER COOPERATIONEM VESTRAM.

Epistula a Conchiglia

Prot. 07.112 - 14.12.07

Historia narrat res actas in aetatibus antiquis et vos eas legitis, easque scrutamini, atque de multis meditamini. Ecce autem, cur sic non agitis etiam de historia salutis totius humanitatis a principio ad finem? Vita Hominis non aestimatur! Nemo vestrum eam satis recteque aestimat. Quisque nascitur et moritur, nonnumquam brevi tempore, aut in horis, aut in paucis annis, nonnulli in multis annis.

Nemo vestrum causam quaerit? Facti estis automata vobismetipsis. Involucrum vestrum ducit «
essentiam » vestram cum autem esse debeat contrarium. Vacate paulisper et meditamini de vobismetipsis! Admiramini Opus mirabile quod Deus perfecit in vobis. Estis animans ex tribus elementis compositus: Anima, corpore, et spiritu. Anima creata est ut corpus sibi daretur utque in eam infunderetur spiritus, vivificans vos. Hae tres partes vos efficiunt virum aut mulierem. Animans humanus quoad compositionem est res pulcherrima et sollertissima inter eas quas Deus creavit. Vos admiramini et investigatis omnem rem ut eam perscrutemini, atque omnia latuscula eius consideratis, deindeque in indicem refertis et ordinatis. Contra de homine, in quantum est animans vivens et cogitans, quid agitis? Facultatibus mentalibus vestris recte uti nescitis. Vobis sit scientia multo maior si vosmetipsos exploretis.

« **RATIO »** QUAM DEUS DEDIT VOBIS EST ARCANUM ININVESTIGABILE. ARCANUM ARCANORUM! Deus ipse iugiter rationem vobis infundit, quoniam cum «
spiritus » corpus derelinquit, anima ad Deum redit, tunc nihil est causae cur Deus rationem vobis infundat.

**RATIO HOMINIS EST VELUM NAUTICUM VOLUNTATIS ET POTENTIAE DEI. VOBIS...SUPERSTAT «
RADIUS DEI ».** Est Radius Divinus qui perenit ad vos in tempore nat ali. Primum tenuis est, deindeque augetur magis magisque. Etiam Radius Dei super vos est «
talentum », est qui plus eius habet, et qui minus eius habet. Et ab eo qui plus eius habet... Deus fructificationem postulat.

HIC EST SCIENTIA... SCIENTIA INFUSA!

In his hominibus Deus operatus est taliter ut inventiones magnae toti humanitati prodessent, quoniam homo diligere debet hominem fratrem suum. Ecce autem Deus, per hoc immensum donum datum, vos probat et paulisper a vobis abit deindeque dicit: **REVERTAR.**

Ecce autem homines per haec «
talenta », «
parabolam » vivificant. Tunc est qui talentis suis utitur aliter et qui aliter, qui plus facit, qui minus facit. Postea autem est qui abscondit illud talentum a mundo, tunc igitur Deus iniuriam sibi factam putat.

Quicumque vestrum, si donum dat amico, aut ei quem amat, atque videt istum, qui illud donum negligit nec spectat neque aestimat, iniuriam sibi factam putet. Nempe, cum Deus ut ametur neminem cogat, in probationem vos inducit. Et in annis hi scientifici Sui mundo ostendunt proventus suos sapientiales. Propter ipsos hodie frui potestis commoditatibus multis ab inventionibus eorum consequentibus. Tamen eheu, propter eos vobis sunt eruntque difficultates ingentes, quoniam aliqui eorum Deum dereliquerunt eumque non agnoverunt amplius «
datorem donorum receptorum », atque inventionibus suis usi sunt adversus Humanitatem.

ECCE ID QUOD ACCIDIT CUM HOMO A DEO DISCEDIT. ALTERA VIA EST SOLUM SATANA. Tunc igitur satana illas mentes dirigit per suum perfidum radium maleficum, quoniam non debetis oblivisci quia satana in omnibus Deum e contrario imitatur.

Ergo « radius suus maleficus » in hominem rationem eius immutat et iste magis magisque inducitur ad malum faciendum, hic autem omnes animadvertere potestis quia inventiones adhibentur adversus ipsum hominem! Tunc igitur videmus esse instrumenta sollertiora ad pugnandum et occidendum multimodis adque adulterandum ipsum Vitae processum naturalem aut ad eam interrumpendam contra Voluntatem Dei.

O Homo, quid fecisti?

Temetipsum destruis ne hoc animadvertis quidem, quoniam postquam satana rationem tuam possedit tu fis pupulus in manibus eius et ipse fit dominus tuus! Nondum intellexisti, o homo, quia libertas vera, Deus solus est?

Deus posthac distinctiones faciet. Iam sunt duo millia annorum cum eas facere coepit. Nam ab ascensione Iesu in Caelum usque ad annos recentes Deus fecit ut inveniretis pauca aut nihil! Solummodo anni extremi saeculi nuper praeteriti aliquantum gloriae cognoverunt. Sed fuit gloria fragilis, quoniam destructuri estis id quod maiores vestri vobis magno amore comparaverant.

Deus, per omnes vos, multam pecuniam ponit in Novam Aetatem iam initam, et iterum Pater mittit Filium Suum ad instruendum filios bonos, illos qui talenta nova merebuntur eaque fructificare facient. Propterea Pater, Filius, et Spiritus Sanctus, scilicet Sanctissima Trinitas Personaliter alloquetur scientificos Suos credentes. Trinitas Radium Suum Divinum in illos filios electos infundet ut eorum ratio sit tripudium inventionum mirabilium pro utilitate et custodia totius Humanitatis venturae in saecula saeculorum.

IN SANCTISSIMO SACRAMENTO « EGO SUM » EST PRAESENS REALIS ET POTENS SICUT MAGNUS REX VERUS. DEUS VOCAT SOLUM FILIOS SUOS AD AUDIENDUM, QUONIAM AETAS NOVA ERIT PLENA ILLIUS. TERRA PROMISSA PRAESTO EST, AUDITE VOCEM CORDIS. CUIQUE DEUS DEDIT ALIQUID FACIENDUM. DEUS EXSPECTAT FILIOS SUOS AD ADUNATIONEM MAGNIFICAM ET AB OMNI PARTE MUNDI EOS EXSPECTAT AD METAM.

In epistula praecedente mentio quaedam facta est de Rota.

QUID EST ROTA VITAE?

Rota est « Sanctus Cyclus » vitae qui cum Sanctis Praeceptis modo continuo incipit atque desinit. Rota est modus vitae qui constat ex sanctis praeeptis quae iam cordi instillata sunt a Patre. « Typus Eius » indebilis est et in quoque vestrum eheu absconditus est quoniam opertus peccatis vestris. Ista procedente tempore formaverunt laminas alias aliis impositas quae saeptum quoddam effecerunt inter vos et Typum Dei. Haec omnia singulatim. Si omnia transferimus in totam Humanitatem, ecce mundus. Et ecce multitudo virorum mulierumque qui in ipso continentur. Ideo ecce ea multa peccata quae ab omnibus commissa istas alias aliis innectentes laminas multiplicat, Rotam volvi inhibentes. Conamini rotam spectare birotae. Ipsa radiis multis composita est. Radius quisque cum Rota Dei coniungitur et radius iste nihil aliud est quam una partium inter se dissimilium vitae vestrae quotidianae in mundo. Si igitur conamini corpus extraneum aut laminam dissimili materie compositam includere in radio rotae cuiuslibet birotae videbitis rotam aliquando consistere nec amplius volvi et birota procedere non potest. Ecce hoc factum est in ipso puncto temporis quo crucifixus et interfectus est Iesus.

Iam Rota lente incedebat post peccatum Adam... sed Iesus venerat eam reparare. Venerat Filius Dei, Ipsemet Deus, ut Rota illa rursus volveretur vos monendo de Sanctis Praeceptis eaque parabolis explanando.

Venerat ut divinas institutiones perficeret pro homine et Humanitate, dicens quia post Se aliquis Se caritate imitando miracula maiora quam Sua facere potuisset et immo Ipse interfectus est... Nos interfecimus Eum. Itaque Rota constitit, perque duo milia annorum pauca inventa sunt, immo valde pauca et hoc pusillum, recenter tantum.

Et hoc sivit Pater ut in his ipsis temporibus distantiam inter parvulam scientiam vestram et Magnificentiam Omnipotentiamque summam ac perfectissimam Dei agnosceretis. Mox venietis ad PLENAM IMMOBILITATEM a Satana paratam consensu et auxilio materiali vestro. Deus autem, qui est Dominus Mundi, iam ab Origine praeparaverat generationem Suam quae sunt qui Eum audiunt Eumque amant.

Rota volvi rursus coepit in partem quam Deus Pater statuit, progrediens auxilio « scientificorum credentium » Suorum, qui caritatem anteponebant inventionibus quas ipsi consequuntur ex Voluntate Dei. Haec Rota habet « motum constans ex caritate » erga ipsum Hominem et Creatura; et ecce MOTUS CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS. En causa cur Pallium Mariae Sanctissimae, Nostrae Dominae Guadalupianae, amicit Motum Caritatis qui accipiet omnes Consociationes Caritatis, quoniam Sanctissima Mater, Virgo Maria EST ROTA DEI ET NIHIL FIT...NISI PER EAM.

Ne umquam obliti sitis Deum Patrem voluisse ostendere donareque vobis Deum Filium... PER EAM SOLAM. SALUS EST PER IPSAM SOLAM. NON VENITUR AD IESUM...NISI PER IPSAM. SI ET HODIE HAEC VERBA LEGITIS TANTUMMODO EST PRO MERITO SUO.

QUONIAM IPSA A DEO PATRE IMPETRAVIT EXTREMAM AC INDEROGABILEM PROROGATIONEM AD OMNES FILIOS SUOS SALVANDOS QUOS IN SPIRITU GENUIT SUB CRUCE FILII. IPSA IN SPIRITU FECUNDATA EST GUTTIS SANGUINIS IESU, QUEM IPSA COLLEGIT IN SANCTIS MANIBUS SUIS. ECCE...SANGUIS ILLE IN MANIBUS SUIS CONTINEBAT NOS OMNES AB INITIO TEMPORUM USQUE AD FINEM MUNDI QUAE ERIT MILIARDIS MULTORUM ANNORUM QUIA IESUS DIXIT NOS IN SE ESSE QUIA IPSE EST VITIS NOS PALMITES IDEOQUE SUMUS UNUM.

MARIA IGITUR EST MATER DEI ET MATER NOSTRA. SUMMA ET PERFECTA GENETRIX TOTIUS HUMANITATIS ET UNIVERSI MUNDI, ERGO ET REGINA ANGELORUM SANCTORUMQUE. PATER IPSAM ELEGIT. PATER EST SPONSUS SUUS. PATER EST DEUS SUUS. PATER EST SPONSOR SUUS, QUI CUM ABSOLUTA SIT PERFECTIO...PERFECTAM EFFICIT MARIAM EX DIVINA ATQUE INDISCUSSIBILI VOLUNTATE.

Omnes bonae cogitationes confluunt in unam partem quae est semita ferens in Patrem, et illa est semita caritatis. Sine caritate nihil esse potest. Caritas Mysterium continet. Conemur simul in singulas litteras dividere verbum « amore » [id est “amor” italice] Denique orbis est rota, et verbum « amore » et verbum « ruota » [id est “rota” italice] in medio habent illum orbem., qui et repraesentat initium et finem omnium principiorum, omnium rationum, omnium rerum.

SCRIPTUM EST MARIAM ESSE ROTAM DEI.

Hoc igitur meditamini, nisi Maria fuisset, nihil re-initium habuisset et Propositum Redemptionis Mundi non factum esset. Haec quoque est gravis et iusta causa cuius sapientes et potentes rationem habere debent cum recusant ne Maria in Trinitate Amoris conglobetur. Simulare desinite vos non intellegere. Hic nemo verae et iustae Theologiae contraria dixit.

Unus est Deus in Tribus Personis...de hoc non disputandum est. Maria autem, Mater Dei, intus in Sanctissima Trinitate est ab aeterno, id est, primo in Cogitatione Patris, qui iam ab Origine omnia statuit... deinde in Creatura. Verbum « am-o-re » repraesentat infinitum quia Deus est « Am-o-r » et Deus est « Infinitus » et Rota quae est Maria... est intus in Deo qui est Trinitas. Ecce autem... in verbo « amore » littera media « o » repraesentat orbem sine segmentis, quemadmodum anulus nuptialis in

3


quo neque initium neque finis videtur atque repraesentat Trinitatem Amoris.

Amore (Amor vel Caritas) = Energia in propagatione

Ruota (Rota) = Energia interna

Sine Energia interna edita a MARIA SANCTISSIMA QUAE EST ROTA DEI, non facta esset Propagatio Amoris ad Vitae continuitatem.

Anulus... repraesentat amorem qui coniuges coram Deo iungit



AMORE (Amor vel Caritas) = Energia in propagatione

RUOTA (Rota) = Energia interior

Sine Energia interior edita a Maria... quae est Rota Dei non facta esset Propagatio Amoris ad Vitae continuitatem.

Pars exterior anuli repraesentat Infinitum quod continue propagatur. Pars interior anuli, videlicet rota, depingitur intra amorem, intus in infinito, ergo, Maria, est intus in Sanctissima Trinitate.

Agitur de diversitate prospectuum. Semper homo realitatem quodammodo interpretatus est, et inter homines opinio numquam eadem est. Ecce conflictus inter opiniones super omne quod est sociale et super omne quod est privatum. Eheu, hodie res socialis facta est privata, propter negotia personalia quae subreperunt.

NON SIC VOLVETUR « ROTA ».

ROTA intellegitur amor qui expanditur in omnes partes et non solum modo horologico. Per amore, homo sibi comparat liquorem propulsorium qui agit « motum » ad procedendum. Postulatur cooperatio hominis et participatio actuosa in omni sancto incepto ut opus cuiusque in bonum omnium evadat. Ecce autem vobis accident variae condiciones in quibus quisque statuet sane sibi, sed pro omnibus.

Et ille « pro omnibus » multiplicabitur in omni ambitu, ut exitus finalis sit visibilis et fruibilis omni filio qui ad Novam Societatem pertinet.

IPSE MUNDUS NOVUS PROCEDIT IN HIS SCRIPTIS.

Et qui legit iam sentit in corde mutationem.

En causa cur « MOTUS CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS » immensuratum augetur, quoniam qui ei intererit, erit amor sibi et ceteris, atque in corde habebit sola principia sana et altruistica.

Habere principia altruistica, sibi vere vult habere ea pro se, quoniam Pater qui omnia videt et intuetur, pro vobis centuplum faciet de fructibus, propter munificentiam vestram.

Iesus exspectat consensum omnium filiorum et fratrum Suorum.

ROTA est systema a Patre excogitatum, quod fundatur in Sanctis Praeceptis.

« ROTA » VOLVI DEBEBIT MODO HOROLOGICO IN UNIVERSO MUNDO.

Rursus florebut ideae et proposita a Iesu directa... in eum qui Ei donavit se.

Iesus erit Magister eius benignus et patiens, atque multa sunt quae ad mentem emergere faciet.

Erit Magister bonus docens amorem, erit Magister bonus docens patientiam, erit bonus Magister docens astutiam divinam quae fructum bonum affert.

COOPERARI EST VESTRUM OPERARI. IPSE AMOR REGIT « TOTUM » DEI, IPSE AMOR VOLVI FACIT « ROTAM ». Radius Eius transit per Universum totum, irradians Lucem Divinam

super omnem mentem in Deum intendentem. Pater amat omnes filios Suos qui per Rotam rationem vitae mutabunt. Corde explore illum orbem qui volvitur. Est Rota singularis et mira, quae sine adiumento Divino nihil significat.

ILLA « ROTA » ATTRAHIT MULTOS PROPTER OPUS SUUM ARCANUM, ATQUE EFFERAT SUPERBUM, QUI NON INTELLEGIT EAM. ROTA EST PRINCIPIUM NOVI TEMPORIS, QUOD VOLVITUR INTUS ET EXTRA UNIVERSUM.

ROTA SINE AMORE NON VOLVITUR.

Ergo erit amor singularis, ortus ex Voluntate Patris, qui primum parat omnia quae oportet fieri ad utilitatem mundi. AUDITIO EX CORDE MAGNI MOMENTI EST, EX EO PENDET EXITUS TOTIUS PROPOSITI AMORIS.

Non est facile audire Vocem Patris vocantis. Solus qui totaliter apertus est ad Amorem Eius habebit privilegium sanctum, quod numquam meretur ipse qui id accipit, sed est Amor Infinitus Patris eligentis.

Omnis aetas habuit grave eventum decretorium per eum qui sentiebat Deum in corde Eumque serio amabat.

SANCTISSIMA TRINITAS SUSTENTAT UNIVERSUM ET OMNIA QUAE IPSUM CONTINET.

Dum autem « rota » volvitur sicut nunc, Sanctissima Trinitas inspicit ut omnia rite procedant.

ADHUC DIFFICILE EST VOLVERE HANC ROTAM, QUONIAM MUNDUS NONDUM MUTATUS EST. NON MUTABITUR DONEC OMNES GENUA FLECTANT AD VENIAM A DEO PETENDAM.

Eam petent, eam petent, quoniam videbunt se esse perditos. Querentur, flebunt, et clamabunt propter dolores et tormenta quae iam pueris pastoribus Fatimae a Maria Sanctissima enarrata sunt.

CUR AUTEM HOMINES NON ACCEPERUNT VERBA MATRIS DEI? Mortui loquuntur etiamque loquentur in tempore quod numquam esse vellemus. Omnis dies praeteriens pretiosissimus est, oculis autem stultorum nihil fieri videtur, cum autem calamitates materiales et spirituales ubique sint. Oportet orare et gratias agere Deo pro omni puncto temporis vitae propriae, quoniam ante oculos Dei anima salvata pretiosior est toto Universo.

Oportet igitur ut omnes perseverent in oratione, quae sancta est, et circumspeciant naturam quae florens respondit ex frondibus splendide coloratis... Amori Dei Patris qui eam creavit.

OMNI ANNI TEMPORI EST CYCLUS CERTUS, ET VER EST PRINCIPIUM OMNIUM ANNI TEMPORUM. PRINCIPIUM, PRINCIPIUM, PRINCIPIUM EST.

Rota est stupor amoris quae semper volvetur.

Omni naviculae est gubernaculum, et Rota est navicula Dei, quae continet filios Eius eosque ducit per mare adhuc procellosum.

BREVI AUTEM TEMPORE SEDABITUR, ET AQUAE EIUS SUAVITER FACIENT UT NAVICULA DEI PATRIS ITER SUUM PERGAT.

Infinitus est Amor qui Deus posuit in filiis Suis, agens motorium Rotae. ILLA ROTA ABSCONDIT SACRAMENTUM REGIS QUOD EST IN CORDIBUS VESTRIS, DEPOSITUM AB ILLA DIE QUA VOS CREAVIT.

Sine Deo nihil agitur, sine ceteris non volvetur, quoniam rotatio agitur de spiritu amoris qui oritur ex vobis singulis. Quisque vestrum repraesentat liquorem propulsorium, quod opus est ad movendum « Rotam » illam.

Universum in ipsa contentum repraesentat existentiam omnis animantis in Terra inque ceteris Mundis. FELICITER VENIANT NOVAE VERITATES AD OCULOS VESTROS. OMNIA NOVA ESSE OPORTET, CREATURAS ET NATURAM.

SOLUMMODO SIC ITER ORIGINALITER RESUMET POPULUS VERUS DEI ET ROTA AMORIS VOLVETUR RECTE ET A DEO GUBERNATA, ADIUVANTE MARIA SANCTISSIMA.

HISTORIA RURSUS INCIPIT DE INTEGRO.

PER MOTUM CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS, QUI EST MOTUS CORDIUM,
ROTA VITAE INTERIORIS HOMINIS RURSUS VOLVI INCHOAVIT, UT ROTA VITAE
EXTERIORIS VISIBILIS SIT EIS QUI PURI SUNT CORDE.

Nunc Propositum Dei in Motu Caritatis Sanctus Ioannes Didacus est in manibus hominis, et Deus eum efficit responsabillem custodiae eius. Homo, nunc, cognovit praecepta, atque si facere vult Voluntatem Dei nihil aliud facere debet quam exercere omnia quae dicta sunt.

Homo vere potest mutare faciem Historiae humanae.

OPORTET UT CONSTITUANTUR NUCLEI TRINITARII, ID EST VIR ET MULIER CUM DEO COMMIXTI. « TRIADES SANCTAE » quae exemplo sancto sint in Terra in vita quotidiana, quoniam solum si iuncti estis Deo familiam sanctam constituere potestis.

Familia sancta est cellula amoris pretiosa, multae autem cellulae amoris contituent « societatem novam ». Dicitis: *difficile est, impossibile videtur, iam omnia inordinata sunt.*

Omne possibile est si vere in Deum creditis. Opus est solum assensus vester voluntasque vestra perseverandi donec oculis vestris exitus splendidos videatis.

Nisi considerare incipitis verba haec, et nisi processum conversionis initis, Deus non poterit dare vobis omne auxilium et robore quo egetis. Petere debetis, et dabitur vobis. Haec dicite, pro certo habentes ante vos Eum esse Vivum, Verum, et Praesentem ante omne Tabernaculum:

TIBI CREDO O DEUS MEUS QUÒNIAM SCIO TE AMARE ME.
NUMQUAM MIHI MALA FÀCIES QUIA PARS TUI SUM.
IDEO, DEUS MEUS...
TIBI ME ÒFFERO UT FÀCIAM VOLUNTATEM TUAM.
ATQUE EX CORDE SINCERO ADHAEREO
MAGNO CARITATIS PROPOSITO TUO.
ITA, DEUS MEUS, VOTA BAPTÌSMATIS MEI RENOVARE VOLO
AC SÀTANAE SEMPER ABRENUNTIARE.
VOLO CONSECRARE ME TIBI
PER MANUS SANCTAE MATRIS MARIAE, QUAE SUMMA EST MATER!
FAMILIAM SANCTAM CONSTITÙERE VOLO
AD IMITATIONEM FAMILIAE SACRAE
UT HONOREM ET GLORIAM DEM TIBI
QUONIAM TERRA RENOVATA...
TANTUM A FAMILIIS SANCTIS CONSTITUETUR.
HOC MAGNUM PROPÒSITUM CARITATIS
ÀLIIS FRÀTRIBUS OSTÈNDERE VOLO
UT HOC DONUM QUOD MIHI COGNOSCERE DEDISTI
NON LÀTEAT MUNDUM
ET ALIOS FRUCTUS CARITATIS FERRE POSSIT.
VOLO, DEUS MEUS, AUDIRE TE
ET PARTICIPARE ILLAM SANAM HONESTÀMQUE ECCLÈSIAM SANCTAM
CATHÒLICAM ET APOSTÒLICAM
ET VOLO ME VÌRGINI MARIAE IÙNGERE
UT CUM IPSA... PER IPSAM... ET IN IPSA DICAM:

ADSUM O DEUS MEUS... FIAT MIHI VOLUNTAS TUA.

MYSTERIUM PAULATIM REVELATUR TANTUM CORDI ATTENTO.

Nimii Sacerdotes non intellexerunt, etsi dicunt se nosse Deum omniaque quae Deus docet. Legunt haec verba sed ea non redigunt ad internitatem. Habent cor clausum, atque sunt homines similes aliis hominibus, etsi Consecrati. Eorum « ego » durissimum est et in subliminio eorum non valent accipere « NOVUM » erumpens. Dicunt se esse apertos mundo, deindeque se claudunt ipsi Deo. Sacerdotes spiritualiter acquieverunt. Nonnumquam, secuti sunt pseudoprophetas et timent ipsum suum pravum iudicium.

Nimii homines putant se spectatores esse primasque partes agere in eventis mirabilibus quae pertinent ad « transitum » de Terra hodierna... ad Novam Terram Renovatam.

Multi decepti sunt a pseudoprophetis, qui fecerunt eos credere quia mutatio fiet quasi ex incantamento magico.

RATIOCINAMINI!

Deus semper Deus est. Semper Idem Deus. Mutatio incipit semper in corde deindeque in habitu, postea in effectu actionum. Omnia fient in simplicissima normalitate, paulatim et in silentio. Recogitate, Iesus v̄nit in mundum in nobis silenter et sine clamore, et profecit in nobis Aetate, Sapientia et Gratia etiam in silentio etiamque sine clamore. Deinde, solum postea, Iesus locutus est ad docendum turbas et in synagogis. Nihil habebant quid impugnarent et opponerent, etiamque ante magna Miracula et Sanationes non aliud facere poterant quam cognoscere facta, et licet videntes ac audientes non intellexerant.

Heri sicut hodie, hodie sicut heri, non intellexistis. Deus erat in eis et non intellexerant. Deus est in nobis etiam hodie et non intellectus est. Haec sunt verba ignea, hocne intellexistis? Nimii Sacerdotes hodierni exspectant mutationem inertes. Non audent pati pro amore Dei. Praedicant valorem resignationis in Deum atque passionis, tamen non resignant se Deo et non acceptant passionem. Adhaeserunt commoditatibus opinionibusque suis et praedicant Crucem nolentes eam tangere manu, nullumque onus eius ferre.

NONNUMQUAM COMMODA EST OBLIGATIO OBOEDIENDI SUPERIORIBUS SUIS NON CONFITENTES COGITATIONES SUAS, OPINIONES SUAS ET AFFECTUS CORDIS SUI.

OBOEDIENTIA, PERPERAM INTELLECTA AB UTRISQUE PROPTER FALSAM OPPORTUNITATEM... INCREDIBILITER FACTA EST EXCUSATIO AD SILENTIUM INDICENDUM ORI DEI.

Deo iam loqui non licet. Homines creaturae Eius, decreverunt Deo non licere loqui nec manifestare Se ante Novissimum Diem.

SUPERBIA MAXIMA HOMINIS, STULTITIA MAXIMA HOMINIS, IGNAVIA MAXIMA HOMINIS.

Ratiocinamini, opus faciendum ad cooperandum Proposito Amoris quod ducet ad renovationem Terrae, est opus sanctum quod Gloriam dabit Deo. Fides et Ratio, hoc semper dicebat Papa Ioannes Paulus II et adhuc dicit Papa Benedictus XVI.

Iesus, Filius Dei, Ipse Deus, descendit super Terram ad laborandum una nobiscum ut actionem laboris sanctificaret. Mundus figuratus est in Cogitatione Patris deinde creatus est, in prospectu cooperationis hominis, quoniam Pater desiderabat hominem participem Creationis Suae.

Et homo, vicissim, pergere debebat Opus coeptum a Patris curando et administrando res creatas pro Amore Eius. **MAGNI MOMENTI EST UT COGNOSCATIS ET CONSIDERETIS HAEC VERBA. QUO CITIUS HOC FACIETIS, EO PRIUS MUTATIONEM VIDEBITIS.**

Filii nostri exspectant Mundum Novum, sed hic Mundus Novus in nullo loco potest emi.

DEBEMUS PARARE EUM SIMUL... PRO EIS.

FESTINANDUM EST.

Quomodo?

Sancta Praecepta Dei sunt Regulae Aureae semper novae, recentes et vividae, atque si multitudo ea exercebit, Fermentum Verbi Dei de Sancto Evangelio crescere faciet « massam », et brevi tempore

7

mundus renovabitur. Officium in MOTU CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS magnum est, unicum, etiamque simplex factu, quoniam Deus simplicitas est, atque in simplicitate Operatur et operari facit.

Mementote. IPSE AMOR VOLVIT ROTAM VITAE.

MOTUS CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS EST ROTA VITAE.

ET QUONIAM MARIA, SANCTA MATER, EST ROTA DEI, UT MATER DESIDERAT REPRaesentare VOS OMNES.

MARIA SANCTISSIMA EST MULIER APOCALYPISIS, MULIER AMICTA SOLE, MULIER REVELATIONIS.

REVELATIO EST EUCHARISTIA VERA MENTIS, QUAE DESCENDIT IN COR ET TRANSFORMAT ILLUD.

Contra lapidea fiet corda carnea et tandem palpitabunt vere et solum pro Deo-Amore. Petamus a Maria Sanctissima lucem et robur.

Voluntas perseverandi et humilis aestimatio quam facere debemus de nobismetipsis erunt vis quae ROTAM volvere perget.

Deo displicet homo qui non ratiocinatur nec nititur ratiocinari, quoniam ratio hominis est Donum Dei. Per ipsam rationem homo evolvitur, exercendo voluntatem in omni ambitu.

Ratio potest inducere hominem ad exstruendam rotam communem per voluntatem, sed opus est voluntate etiam ad volvendum illam rotam communem, alioquin rota illa consistit, firma, in nullum locum vadit, ideoque inutilis est. Cur igitur homo exstruxit illam rotam communem cum eam volvere nolit? Sumat immo rotam illam et percurrat iter quod Pater Aeternus et Sanctus et Omnipotens munivit per Iesum.

RATIO HOMINIS EST VELUM NAUTICUM VOLUNTATIS ET POTENTIAE DEI.

Ratio hominis est tamquam velum nauticum. Velum inservit ad movendum naviculam, quae hic repraesentatur per Voluntatem et Potentiam Dei. Ergo navicula est idem ac Voluntas et Potentia Dei.

Ubi autem est navicula? Navicula moveri potest solum si collocatur in aqua maris. Et Voluntas et Potentia Dei possunt moveri, solum si collocantur in « infinito spatio finito » Universi. Navicula transit per « mare finitum », Voluntas et Potentia Dei transeunt per « infinitum Universum -Deum ».

Ipsa ratio hominis, enutrita-vivificata a Spiritu Sancto, movet Voluntatem et Potentiam Dei, quoniam Deus non creasset Universum totamque Creationem, nisi habuisset propositum hominis.

Quis est homo? Homo est creatura a Deo creata, ut gaudeat de Creatione, a Deo creata. Deus quoque gaudet de Creatione Sua. Quomodo? Per hominem creaturam Suam, ad Imaginem et Similitudinem Suam factam. Creatura similis est Creatori, creatura eo quod a Creatore proveniens.

Cum autem a Creatore proveniat, creatura est pars Creatoris sicut singulae partes hominis hominem componunt. Ergo, multae creaturae Creatorem componunt, qui in Se eas continet, ad Imaginem et Similitudinem Suam factas. Multi Dii, ad componendum unum DEUM qui eos continet.

Et sicut columbae volant ad columbarium, homines eunt ad Deum ut re-vivant in Deo.

ECCE, SICUT PALMITES SUNT VITI, HOMO DEO EST.

MULTI PALMITES, UNA VITIS.

MULTI HOMINES, UNUS DEUS QUI EOS CONTINET, QUONIAM DEUS SCIDIT SE IN SEMETIPSO, AD CREANDUM MATERIALITER MULTOS SIMILES SIBIMETIPSI.

IPSE AUTEM DISTRIBUIT SE CREATURIS SUIS, AD ADSUMENDUM EAS IN SEMETIPSO, UT EAS SIMILIORES SIBI IN DIVINITATE EFFICIAT, QUONIAM IN TEMPORE A PATRE STATUTO OMNES RURSUS INTRABUNT IN PATREM QUI EST PATER ET MATER (**vide adnotationem 1**) QUI INTUS IN SEMETIPSO HABET PARTEM MASCULINAM ET PARTEM FEMININAM.

DE MENTE... ET COGITATIONE HOMINIS

SI HOMO SOLUM IMAGINARI POSSET QUAE SUNT FACULTATES MENTIS SUAE...

Mens hominis comparari potest cum puteo sine fundo, ubi aquam multam ille puteus capere potest... illa autem aqua est etiam hoc verbum sitim exstinguens et reficiens inexhaustus.

Tamen homo finitus est, quoniam talis esse vult atque finitus est quoniam eius dominatur Satana, qui invidet ei propter id quod posset intellegere homo de essentia sua!

Ergo Satana ipse, utendo artibus suis suasoriis, posuit in mente hominis quasi saeptum ultra quod ire non potest. Quasi homo ponat ad altitudinem quandam putei fundamentum quod eius profunditatem coartat... itaque pauca aqua ingredi poterit.

Potentialitas mentis hominis magnifica est. Mens hominis, si cum amore iuncta est Deo, potest scrutari inscrutabile, amicitiam iungens cum Universo omnibusque eius habitantibus.

Universum plenum est omni phantasia quae a Deo orta est. Non phantasia eo quod res phantastica, sed phantasia quoniam Deus Pater, infinita phantasia usus est ad creandum myriades naturarum dissimilium quae unicae sunt in genere suo, sicut homo unicus est sibimetipsi.

Homo est sola creatura... creata ad Imaginem et similitudinem Dei, idcirco Satana vult exstinguere hominem. Mens hominis diligentis Deum, cum respicit in Caelum, elevatur ad Infinitum quod numquam attinget, cum autem mens hominis qui non diligit Deum, respiciens in Terram et in terrestria, sane inveniatur terminum in terra, et ultra non possit percipere, nec detegere.

Malum imperat et procedentibus saeculis robur acquisivit, propter servientes ei per multas vias multasque formas peccati. Lucifer gestit summum. Ab initio statuit destruere opus praestantissimum Dei, hominem ad Imaginem et similitudinem Eius factum. Ipse non vult destruere hominem tantum corporaliter. Lucifer, Satana, bene scit quia propter Peccatum Originale homo destinatus est morti corporali.

LUCIFERI HOC INTEREST...DESTRUERE HOMINEM IN ESSENTIA EIUS. Lucifer animam hominis sitit. Sicut iam dixi, Lucifer ad summa gestit... area sua actionis, quam elegit ad oppugnandum et destruendum hominem, excitat eum. Orbis Terrarum est area actionis quam sibi minimi momenti putat... quoniam ipse est malum absolute...haud satis sibi est velle destruere Tellus eiusque inhabitantes. Ipse est quam maxime furiosus. Neglecto malo quod perfecit usque hodie ipse admodum videt quia Pater Aeternus et Sanctus et Omnipotens amatur et honoratur ab aliquibus filiis Eius praecipue electis. Filii Eius electi, Eum amant cuncti, sed nonnulli inter eos Eum amant magis etiam et voluntarie statuerunt se tradere causae principali Propositi Dei: salvare hominem in essentia eius... in identitate eius. Huc volo colligare... id quod ad attentionem maximam collocari oportet, id est Fides et Ratio. Iam dictum est Fidem sufficere saluti animarum simplicium sed is cui donatum est amplius in «Gratia et talentis »... agere debet et fructum edere ex donis receptis atque uti debet Fide et Ratione ad adiuvandum eum qui magis retrorsum est spiritualiter et materialiter. Nunc volo revelare quid sit area actionis ubi Lucifer pugnare vult ad destruendum hominem. Est area immensa, est area sine tempore ac sine spatio, est area invisibilis, propterea supernaturalis est, quoniam, etsi invisibilis, existit quidem. Est area excitans et efferens eum, quoniam est area subtilis atque inexplorabilis etiam homini qui eam habet. HAEC AREA MENS HUMANA EST. LUCIFER, SATANA, INTENDIT AD DESTRUENDUM HOMINEM PER HOMINEM IPSUM. Lucifer, notus ut « serpens » in te ingreditur per « cogitationem » et incit « serum » essentiae suae malae (1) ut homo actionibus suis destruat semetipsum corporaliter et spiritualiter. «Mens-cogitatio » est area immensa quam ipse vult omnimodis capere atque gubernare et adulterare ad suum arbitrium pro maiore oblectamento suo. Per fidos sectatores suos Lucifer in Terra operatur ut mentis hominum potiatur. Lucifer admodum instruxit duces suos, eosque multitudinibus imbecillioribus praeposuit. «Hi daemones-homines-duces », iuvante Lucifero rerum potiti sunt... easque gerunt ad excidium multitudinum de aevo in aevum. En umquam vobiscum quaesivistis causam incrementi bellorum quae contra religiones pugnant? Religio per « rationem-mentem-cogitationem », coniungit nos cum Deo funiculo invisibili qui non videtur,

9

tamen est. Si ab absurdo in omni loco Orbis simul Lucifer religionem prohiberet ab omnimodo actu... usu, cultu... « mens-cogitatio », semper Deum honoraret. Propterea Lucifer, postquam callide operatus est, per Ordinem Massonicum, ad inhibendum sacra ac debilitandum in Fide multitudines... nunc progreditur vehementer et admodum promptus in aream... « mentis-cogitationis-rationis hominis ».

Lucifer, per sectatores suos dominantes, non vult hominem uti ratione. Lucifer vult ut multitudo hominum tamquam oves multae sequatur se per « daemones-homines-potentes », qui autem admodum ratiocinantur maligne, ac de die in diem hominem omnimodis terrent ut eum ad cogitandi agendique imperitiam redigant. Homines-daemones dominantes videtis quo deduxerint Orbem Terrae, qua utuntur eamque autem non amant. Et admodum videtis quomodo ad paupertatem famemque redegerint homines quorum operā abutuntur, quosque oderunt, eos iudicantes reiecta humana quae ipsos impediunt frui ac perfrui iis quae ad se pertinere putant... id est luxus totalis, prosperitas totalis, potestas totalis. Quid Lucifero potestas totalis significat? Exercere totalitarismum ut omnes eum sequantur, eius ideologias malas, ad selectionem generum, ad descriptionem hominum. DENIQUE, IPSE INTENDIT SUFFICERE SE IN LOCUM DEI. Indequē agit exosus et promptus contra Propositum initiale Dei qui liberum effecit hominem in omni ambitu. Cum autem Deus Caritatem, Misericordiam et Veniam adhibeat in hominem creaturam Suam, licet foedatam propter Peccatum Originale, Lucifer adhibet odium in omni ambitu ad destruendum hominem etiam in ipsa cogitatione, inducendo eum ut mente non utatur nec ratiocinetur de Veritatibus quas Deus de die in diem revelat. Laboriosum et doloriferum est operari pro bono sed respicite Iesum...respicite semper solumque Iesum, atque exaltate semper illud lignum Crucis quod turpe mortis instrumentum Deus Pater mutavit in instrumentum Salutis.

Observanda est Voluntas Dei, qui statuit ut Mulier perficiat Consilium Patris, id est contere caput serpentis, Luciferi, ad humiliandum eum. Moneo vos ut legatis Genesis (3,15). Nam Lucifer viros imperio praeposuit, qui ut masculi et tamquam primus vir masculus Adam in cogitatione eum exceperunt eique serviunt, ei imbelles serviunt atque se putant esse potentes, immo autem infirmi sunt et mentes suas a Lucifero opprimi sinunt. Volo invitare mulieres omnes ut uniantur in caritate, in misericordia, in venia, et praesertim ad actionem pugnae contra Luciferum... serpentem.

CARAE SORORES, CARAE MULIERES, MARIA SANCTISSIMA ADMODUM NOS REPRAESENTAT... ERGO IMITEMUR EAM. FORTITUDO VERA EST IN MENTE, NON AUTEM IN LACERTIS. Exercemini in mente vestra Deo colliganda, adhibendo Mariam Sanctissimam velut vehiculum, velut funiculum invisibile sed firmum et certum.

Maria nobis supremo exemplo est in Fide in Deum quando cum Iesu mortuo, contemplata est eum in mortis rigore. Quid verius realitate mortis? Quae spes, ante evidentiam mortis? Quomodo Fides adhuc haberi potest ante Corpus Iesu, ad acervum carni sine spiraculo vitae deductum? Maria est Fides incarnata. Maria est Fides in Deum. Per Fidem Suam Resurrectionem Filii sui Iesu permisit utendo « mente sua et ratiocinando » de eo quod Iesus dicebat: « montes moveritis per Fidem, si unum granum eius habueritis ». Ecce autem Mariam Matrem Dei, oportebat primam esse habentem Fidem fortem et immensam in eo quod Iesus dixerat: « RESURGAM ». IESUS RESURREXIT NON SOLUM CORPORALITER SED ETIAM CUM VERBO SUO... ATQUE VIVUS ET VERUS EST ETIAM IN HIS VERBIS VITAE quae ex Gratia donant spem Humanitati hodiernae quae nunc est quam maxime in periculo. Hybridatio facta propter Peccatum Originale intelligentiam homini praecusit... ab initio. Nam Cain rationem habebat, signum (« Genesis 4,15 ») quod eum distinguebat ab aliis animalibus ancestoribus bestialibus. PRAEHUMANA... FUIT SOLUM FEMINA BESTIALIS ANCESTRIS A DEO PARATA UT DEPOSITORII MUNERE FUNGERETUR TANTUMMODO PRO PRIMO VIRO PRIMAQUE MULIERE.

EVA, MATER OMNIUM VIVENTIUM... EST FEMINA ANCESTRIS.

Sicut iam saepe dictum est, per selectionem in selectione Deus operatus est in Humanitate interveniendo singillatim aliquibus hominibus, procedentibus millenniis usque hodie. Et hodie homo, iuvante hac selectione a Deo acta, acquisivit facultatem evolvendi se magis magisque in dies donec perveniat ad condicionem initialem Primi Viri Adae, qui intellectu et ratione eminenter praeditus erat

in humanitate... a Deo homini statuta.

INTELLIGITIS CUR LUCIFER MENTIUM VESTRARUM POTIRI VELIT? IPSE HAUD VULT UT HOMO RESURGAT QUOADUSQUE FIAT TAMQUAM PRIMUS VIR CREATUS NEQUE UT EXERCEAT, IURE SUO A DEO TRIBUTO UTI DOMINUS TERRAE, MUNUS SUUM, ID EST CONIUNGERE SE CUM « MULIERE » A DEO VOLITA PRO EO, ATQUE CRESCERE ET MULTIPLICARI DONEC TERRAM INCOLIS FREQUENTET AMANDO DEUM, UTQUE HONOREM ET GLORIAM DET EI, QUONIAM GLORIA DEI VIVENS HOMO.

IN ANIMA CUIUSQUE PERSONAE, « ORIUNTUR » SPES QUAE AD EFFECTUM ADDUCI POSSUNT SECUNDUM FIDEM ET VOLUNTATEM PROPRIAM, QUONIAM VOLUNTAS EST CREATRIX CUM PRACTICA EST.

Nimii queruntur nihil facientes ad mutandum rerum condicionem universae Humanitatis. Quivis unus responsabilis est suimetipsius, ceterorum, rerumque quae eum circumdant. Usa sum verbo « oriuntur ». Quando aliquid oritur, procedit, exit? Cum illius rei desiderium vehemens est atque prorumpit inopinata, tum lente, tum improvise. ALIQUID « ORIENS » EST ALIQUID IAM EXSISTENS. NIHIL ORITUR NISI ANTE EST. PORRO OMNE POTEST « MORI AUT ORIRI »

secundum hominis possibilitatem operandi, secundum voluntatem eius. COGITATIO NON ORITUR EX NIHILO HOMINIS, LICET NONDUM MANIFESTA. COGITATIO, QUAE LIBET COGITATIO... IAM EST IN HOMINE. VIS « COGITATIONIS » IMMENSA EST. Cogitatio, est tamquam funis robustissima, quae ad se trahere potest Bonum atque, eheu, etiam Malum. Cogitatio vestra, cum Bonum eligit, est Dei Cogitatio. Actiones vestrae, cum in Bonum intendunt, sunt Actiones Dei. Opera vestra, cum in Bonum intendunt, sunt Opera Dei... atque id quod bonum est, eoque Dei, semper augebitur. COGITATIO DUCIT HOMINEM AD RATIOCINANDUM, AD DISCEPTATIONEM, AD RECTUM IUDICIUM, AD DECISIONEM, AD VOLUNTATEM, AD OPERATIONEM, AD EFFECTIONEM FINALEM... SIVE IN BONUM SIVE IN MALUM.

Ad effectum adducere « cogitationem orientem », postulat cognoscere possibilitates proprias et cooperationem quam ab aliis consequi possumus. Credere cogitationi cuidam pernecessarium est, solummodo si ei creditis... in « motum » vos disponere potestis ut adducatis eam ad effectum.

Verbum « MOTUS », indicat aliquid quod se disponit ad competitionem. « Motus » est initium actionis: scis quando incipiat, sed nescis quando finiatur quoniam nescis improvisa et impedimenta.

Perseverantia constat in continuando prius ad « protegendam cogitationem illam » quae iam movetur, et in adeundo patienter et audacter improvisa ac impedimenta. Sicut iam dictum est, magni momenti est cooperatio cuiusque hominis singuli.

ROTA QUAE DAM, IN TERRA, VOLVITUR SOLUM SI HOMO EAM MOVET. Si maior est rota, pluribus hominibus opus est ad movendam eam. ROTA VITAE, EGRET COOPERATIONE ET FORTITUDINE HUMANITATIS UT MOVEATUR SICUT DEUS STATUIT IN COGITATIONE SUA. SI HOMINES NON COOPERABUNTUR PROPOSITO A DEO COGITATO ET VOLITO IN MOTU CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS, ROTA VITAE QUAE IAM COEPIIT VOLVI PER ME CONCHIGLIA, CONSISTET, ATQUE REGNUM DEI IN TERRA NON EXPANDETUR BREVI TEMPORE... ATQUE HUMANITAS IPSA CONTINUABIT OMNIS GENERIS DOLOREM, DONEC RURSUS MOVERI INCHOABIT « ROTA VITAE ». Nisi Maria, Mater Dei, non inchoasset motum per Suum « FIAT », non facta esset Redemptio Salutis pro Humanitate, atque moneo vos, hoc iam dictum est, quia... MARIA, EST ROTA DEI.

Cari fratres et sorores, desidero communicare vobiscum id quod fit mihi. Scitisne mentem meam dolere?

Aliquis vestrum secum quaeret: quomodo mens dolere potest? Nolite obstupescere si non valetis intellegere, mens mea et cor meum Deo iuncta sunt.

Dolor cordis separari potest a mente si cuidam est vis non naturalis sciendendi utraque.

Ne imaginari quidem potestis quae sint facultates mentis humanae. Cum cor est placidum et serenum sicut meum est... hoc non sibi vult quia non possum dolere si Deus id permittit.

Ratio residet in mente atque mens est arcanum inexplorabile omni homini. Iesus olim dixit mihi: “*Conchiglia... noli petere a Me ut dolorem leniam quem tibi donavi, quoniam in ipso continetur Dolor Meus in videndo quantum homo superbus obstinet in peccato suo. Voluntas peccandi residet in mente... deindeque vadit ad inquinandum cor. Nunc intellegis, filia, dolorem Meum in videndo hominem cadens in ruinam suimetipsius? Dolorem quem tibi donavi est coronatio capiti invisibilis, quoniam spinæ acuminatæ non sunt exterius. Mens autem tua, passa est coronationem spinis spiritualis, quæ intrat in meandros rationis et facit ut intellegas... præter quam animadvertas... quia homo, priusquam peccat, potest debetque ratiocinari. Nonne verum est... quia cum homo sollicitus est, ei sæpe caput dolet? Tu et admiraris dolorem tuum? Quot sunt sollicitudines quæ tibi donavi? Quot filii quos tibi commisi? Quomodo potes non sollicita esse... cum vides eos non audire et discedere a Me qui sum Deus? Accipe, filia hanc doloris condicionem subtilem neque desinas sperare et orare. Dolor mentis consumit etiam cor... quoniam inseparabiliter ea iunxi Mihi qui sum tuus Iesus Caritatis. Caput est vas amoris, tamquam cor. Scitisne differentiam inter mentem et cor, cum agitur de amore donando? Cor amat naturaliter... cum autem mens enitatur demonstrans voluntatem amandi.*”

Mens hominis est tamquam « scrinium » quod continet pretiosa. Vēnit autem dies quo scrinium multis rebus impletur. Ecce autem tunc necesse est antepone re pretiosiora, ergo... auferre memorias præteritarum rerum, compositis ex frustrationibus et detrimentis, auferre omnes iniurias receptas propter iniquitates, auferre omnes voces atras quæ conantur decipere vos. Tantum laxate locum ad custodienda mirabilia quæ Deus operatus est in vobis, propter assensum vestrum ad faciendam Voluntatem Suam. Laxate locum amoris, caritati, spei, et paci, omnibusque inceptis sanctis quæ aedificant hominem ante Oculos Dei. Laxate locum « novis generationibus » venturis, quæ propter sacrificia vestra gaudebunt de Nova Terra Renovata. Materia claudit oculos vestros et spiritus offuscatur ex cogitatione humana quæ mentem invadit. Mens est res magna, sed nisi adest amor totalis in Deum ipsa fit impedimentum grave et certum, quoniam gubernat voluntatem, inhibens resignationem Deo.

CUM AUTEM COR INTENDIT IN DEUM, MENS INNECTITUR IN ABSOLUTO, IN PERFECTO, IN IMMENSO, IN ESSENTIA QUÆ EST SUPERIOR OMNIBUS, ET PERMITTIT UT SINATIS VOS INVOLVI AB AMORE QUEM DEUS SENTIT IN VOS SINGULOS.

HUMANUM ESSE HABET SAPIENTIAM INFUSAM ET RATIONEM REDDERE DEBEBIT DE USU EIUS, ERGO PARATE COR VESTRUM GRADATIM AD ACQUISITIONEM BEATITUDINIS, QUÆ ATTINGI POTEST PER SOLUM DEUM.

Historia hominis est tantum pars minima eius quod Deus statuit pro eo. Homo constitit in puncto temporis Mortis Iesus in Cruce. Per Actum illud, homo subsignavit damnationem suam, quoniam male usus est libertate sua, et nunc, post millennia, adhuc est nihil aliud quam cibus vermibus humilibus. Realitas hodierna parum perturbat vos, quoniam cum non credatis promissionibus Iesu, non intenditis consequi ea.

PROMISSIONES SUNT OMNES VERÆ ET LOCA PARATA SUNT VERE.

Tamen homines, cum hebeant, ab illo tempore usque hodie... vivunt tamquam bruti. Incrementum spirituale hominis est nullum!

Ab Ascensione Iesu in Cælum usque hodie... nihil mutatum est. Immo, res facta est peior, quoniam primi christiani siverunt se mori pro Iesu... miliones! Hodie autem, in viis mundi, pauci homines voverunt se Amori Eius et qui hoc fecit olim tepidus factus est, locum amplum laxans inimico Dei. IPSA ANIMA ACCIPIT NUNTIOS IN CORDE ET IN MENTE, QUONIAM ET COR ET MENS... IN ANIMA SUNT. Anima intellegit veritates caelestes, eas novit usque ab Initio Temporum, propterea anima immortalis est. Sed iam nunc aliquibus filiis electis... Deus donat ea quæ in Cælis iam sunt communia. Anima participat iam nunc privilegia quaedam quibus autem utitur per Deum ad docendum mundum. Aestimate igitur omnes hoc Donum magnum quod per Spiritum Sanctum datur. Ergo legite attente has lineas, exspectate responsum in corde vestro. Deus quaerit spatia immensa in cogitationibus filiorum Suorum. Scitisne mentem habere opes infinitas?

VERITAS LIBERABIT VOS. Quisque vestrum ius obligationemque habet cognoscendi Veritatem.

12

Veritas quaerenda est, amanda, defendenda et proclamanda. Veritas liberabit vos quoniam tandem Lux Divina investiet vos inebrians vos Amore. Ita, quoniam non aliud quam Amorem... donat Deus Humanitati. Hos dies venire oportebat, exspectabantur a generationibus et generationibus, sed nulla generatio ante praesentem potuisset intellegere haec verba. Cognitio huius rei aperit vias novas quae percurri possunt solum cum humilitate et cum desiderio mundo puroque investigandi de Mysteriis Dei. NIHIL PRODERIT TARDITAS POTENTIUM OMNIS AMBITUS ET ORDINIS. PREMENS ET NECESSARIUM EST UT HUMANITAS COGNOSCAT VERITATEM RERUM, SCILICET QUIA SINE DEO... NIHIL HOMO POTEST. Ipsam libertatem homo exercere non potuisset nisi Deus donasset homini Vitam. COGNOSCERE ORIGINEM HOMINIS EST ID QUOD HOMO SEMPER DESIDERAVIT. PROPTEREA SATANA FURENS EST. Satana non tolerat et numquam acceptabit hominem evolvi et deificari ex Dei Voluntate. Satana homini invidet, terribiliter invidet, et propter hoc ipsum intedit suppressere et destruere eum per servos suos. NON INTELLEGITIS QUIA SI EI NON ADHAERETIS, SI NON VULTIS SERVIRE EI, NIHIL IPSE POTEST ADVERSUS VOS?

Quamquam fortis est, si homo est in gratia Dei, eum superat fortitudine et exstinguit eum. Sed cum homo non sit in gratia Dei, ipse ei dominatur eumque superat... et in servitum redigit eum.

Satana agit fortiter « mentes superbiorum », qui non intendunt acceptare « NOVUM » quod eos liberabit, quoniam cum iam sint illius... ei sunt fideles servi. Experientiae Sanctorum magnorum docent... eo quod Sancti, eos persecuti sunt vehementer. Omnem magnam Veritatem Revelatam adversati sunt furenter et mundus laicus et Ecclesia Catholica, postea autem agnita est propter Dei Voluntatem, non obstante nimia prudentia. PRUDENTIA EST RES BONA, VIRTUS SANCTA, SED NON EST ADHIBENDA IMPROPRIE ABUTENDO EA, QUONIAM ABUSUS ET NIMIA PRUDENTIA LENTANT GRESSUS QUOS DEUS VULT HOMINEM FACERE UT EUM AD SE PROPIUS ADMOVEAT... PER VERITATEM FILIIS SUIS ELECTIS REVELATAM.

Dona Dei – de Donis enim agitur quoad Veritates Revelatas - non abscondenda sunt in terra. Relegite Parabolam Talentorum: qui abscondet talenta a Deo donata, rationem reddere debet Deo... qui eorum fructificationem postulabit.

ERGO, NOLITE ESSE STULTI... QUONIAM PRAEMIUM VENIET SICUT VENIET ET POENA.

Fortes animo estote, cari fratres et carae sorores, adhuc pars viae percurrenda est, deinde omnes simul ambulabimus laeti et gaudebimus de opere bene facto.

EST OPUS MAGNIFICUM « MOTUS CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS » , QUEM IN MANIBUS HABEMUS PROPTER DEI VOLUNTATEM.

Protegamus MOTUM CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS amore et oratione, patientia expectationis et spe laeta in corde.


MULTI COGNOSCENT SEMETIPSOS IN HAC VOCATIONE MUNDIALI IN MOTUM CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS, QUONIAM MARIA SANCTISSIMA, NOSTRA DOMINA GUADALUPIANA, EST MATER UNIVERSALIS, ET SUB PALLIO SUO STELLATO, QUOD REPRaesentat UNIVERSUM, CONTINET OMNIA OPERA SUA AMORIS, UT, INVOLVENS AD SE PALLIUM ILLUD, OMNIA MANEANT IN IPSO, ET FORIS ASPICIATUR SPLENDOR NOVI MOTUS CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS. Honoremus Mariam Sanctissimam, Nostram Dominam Guadalupianam, oratione “Ave Maria” sicut recitatur in Mexico, hispanice...

*Dios te salve, María,
llena eres de Gracia, el Señor es contigo,
Bendita tú eres entre todas las mujeres
y Bendito es el Fruto de tú vientre, Jesús.
Santa María, Madre de Dios,
ruega por nosotros pecadores,
ahora, y en la hora de nuestra muerte.
Amén*

Cari fratres et carae sorores, estote perseverantes, quoniam mirabilia quae invenietis gradatim per haec verba efficient ut dicatis: « Gratias tibi ago Deus meus, quia abscondisti haec a sapientibus et revelasti ea parvulis. »

Aspicite pulchritudinem conchae marinae, non est pulchritudo quae allicit statim, sed est pulchritudo tenorum et partium singularum.

FORMA EIUS EST TAMQUAM CORDIS, ET IN CENTRO, MARGARITA... EST FRUCTUS AMORIS.



Deus benedicat vos
et Maria Sanctissima, Nostra Domina Guadalupiana vos protegat
in Nomine Patris
Matris
et Filii
et Spiritus Sancti.
Amen.

*Conchiglia
della Santissima Trinità*



ADNOTATIO

*Conchiglia della Santissima Trinità
Movimento d'Amore San Juan Diego*

*latine
latine*

*Concha Sanctissimae Trinitatis
Consociatio Caritatis Sanctus Ioannes Didacus*

14

TRIUMPHUS CORDIS IMMACULATI MARIAE CONSISTIT IN AGNOSCENDO QUIA MARIA SANCTISSIMA DIVINA EST.

Mentio « REVELATIONIS » quae Conchiglia data est a Iesu die XXV martii anno MMI et die XXV februarii anno MMII (01:30) a Deo Patre.

-Quoad DIVINITATEM MARIAE, Papa Albinus Luciani, **Ioannes Paulus I**, recitans orationem “Angelus Domini” die X septembris anno MCMLXXVIII declarat publice quia « **DEUS EST PATER ET MATER** ».

- Quoad DIVINITATEM MARIAE, **LAURETI** – Anconae, Italia, die V septembris anno MMIV, emissoria statio “Rai Vaticano” pellicula impressit eventum mirum: in oratione “Angelus Domini”, italice primum recitata, Papa Karol Wojtila, **Ioannes Paulus II**, honorat Divinitatem Mariae Sanctissimae dicens:

« **GLORIA PATRI... MATRI... ET FILIO... ET SPIRITUI SANCTO** ».

Papa confirmat se cognoscere et approbare « Revelationem » Conchiglia datam. **Maria est Pars Feminina Dei**. Papa agnovit Gloriam Mariae coram mundo. A saeculo proclamatur haec Veritas in Symbolo: Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum Verum de Deo Vero, Genitum non factum, consubstantialem Patri.

Ad petendam **PELLICULAM EXEMPLAREM** de hoc facto, rogate **Centrum Televisificum Vaticanum** - 00120 in Civitate Vaticana, tel. **06.698.85.233**.

- Quoad DIVINITATEM MARIAE, Papa Joseph Ratzinger, **Benedictus XVI**, in libro suo « Jesus von Nazareth - Von der Taufe im Jordan bis zur Verklarung », 2007, Domus Editoria Vaticana, in Civitate Vaticana - RCS Libri, Milano, scribit « **NONNE DEUS ETIAM MATER EST? COMPARATIO AMORIS DEI CUM AMORE MATRIS EXISTIT:** « Quomodo si cui mater blandiatur, ita Ego consolabor vos » (Is 66,13). Singulariter commovens est arcanum Amoris Materni Dei in verbo hebraico *rahamim*, qui originaliter sibi vult « ventrem maternum », sed postea fit verbum compassionis Dei cum homine, Misericordiae Dei. Venter maternus est expressio certissima intimi contextus duarum existentiarum atque curarum in creaturam infirmam et dependentem quae, corpore et anima, in matris ventre tota custoditur. »

Ad penitus investigandum, legite **TRACTATUM SUPER CREATIONEM HOMINIS ET DE PECCATO ORIGINALI**, Revelationem Conchiglia datam die XXVII decembris anno MMIV.

Cari Sacerdotes...

EXSPECTATE IESUM CUM GAUDIO, QUONIAM HOC TEMPUS REPRAESENTAT MORAM SPONSI, SED PRO CERTO HABETE IESUM VENIRE. OMNE DICTUM, VERUM EVADET QUONIAM VERBUM DEI IMMUTABILE EST.

Vita quotidiana inducere vos debet ad intellegendum quia iam non potestis vivere in mundo sicut nunc facitis. Ego habeo in corde « vitam hominis » sicut eam Pater vult, et haec « **VITA HOMINIS** » fiet si praecepta data observabitis.

TEMPUS EST AD REVOLUTIONEM FACERE. REVOLUTIO QUAM DEUS INTELLEGIT NON CONSTAT EX ARROGANTIA VEL INOBOEDIENTIA IN ECCLESIAM PRAESENTEM.

E CONTRARIO: Revolutio quam Deus intellegit intendit ad faciendum id quod Iesus dixit scriptumque est in Sancto Evangelio.

Papa Ioannes Paulus II:

Nuntius pro trigesima-sexta die mundiali de communicationibus socialibus (12/05/2002).

15

« Interrete permittit miliarda imaginum apparere in milionibus televisificorum alborum in universo mundo.

EX HAC GALAXIA IMAGINUM ET SONORUM, EMERGET VULTUS CHRISTI? AUDIETUR VOX EIUS? QUONIAM SOLUM CUM ASPICIETUR VULTUS EIUS ET AUDIETUR VOX EIUS, MUNDUS COGNOSCET "LAETUM NUNTIUM" REDEMPTIONIS NOSTRAE.

Hoc est propositum evangelizationis, atque hoc efficiet Interrete locum humanum verum, quoniam si non est locus Christo, non est locus homini.

Exhortor Ecclesiam totam ut forti animo hoc limen transeat, ad "ducendum in altum" Retis, ut, nunc sicut olim, magnum officium evangelii et culturae ostendere possit mundo "claritatem Dei in facie Iesu Christi" (2^a Cor.4 6). Dominus benedicat omnes qui ad hoc propositum operantur. »

Papa Ioannes Paulus II



SAN JUAN DIEGO
24 OTTOBRE 2001